

pre¹ tempore fuerint seo monachis, qui secundum regulam sancti Benedicti ordinati fuerint, pro animę meę remedium sic esset instituo omni tempore dię noctuque orationes seo missarum atque nocturnis vigilantia in ipsa ecclesia monast. facere seu canere debeant secundum regulam beati sancti Benedicti², ut omni tempore ipse Bononii abbas una cum suos successores, qui ibi ordinati fuerint, et cum omnes congregationes, que³ in ipsu sanctum monast. esse videtur, una cum ipsa congregationem servorum dei, qui ibidem congregati fuerint, omni tempore die noctuque ibidem dei omnipotentis deprecentur misericordia in psalmis et in hymnis et im missis seu orationibus nocturnis vigilantia pro animę meę remedium et mihi omnipotens deus pius et misericors dignetur per eorum orationibus indulgentiam peccatorum meorum optinere merear. Et taliter volo atque instituo, ut ipse Bonii⁴ abb. vel suos successores neque rectoribus, qui in ipso loco pre¹ tempore fuerint, non abeat potestatem neque licentia de omnia, que superius legitur, nec vendere neque per libellum neque per nullum argumentum ingenium alienare neque dare neque minuare non debeant, sed ipsa ecclesia monast. sancti Michaelis archangeli et Bononii abb. suisque sucessoribus⁴ vel rectoribus atque monachi, qui ibi pro tempore fuerint ordinati, sint potestate eas omnia, que superius legitur, abendi, tenendi, imperandi, laborare faciendi et usufructuandi, sicut supra insertum est, quia sic in omnibus mea decrevi voluntas. Unde ego ipse, cui super Hugo marchio, ad pars supra scripta ecclesia monast. sancti Michaelis archangeli et Bononii abb. suisque successoribus atque rectoribus, qui in ipsum sanctum locum pre¹ tempore fuerint, de omnia, quod superius legitur, ad vestre proprietario superscriptis monast. legitima facio vestitura et traditione per cultellum et fistucum nodatum et uuantonem seo uuasonem terre atque ramum arborum⁵, me exinde foris expuli uuerpivi et absitum feci et ipsi⁶ ecclesia monast. sancti Michaelis archangeli ad proprietatem, sicut superius legitur, ad abendum reliqui et si quis vero, quod factum esse non credo, si ego ipse, qui supra Hugo marchio, quod absit, aut ullo de heredibus anc⁷ proheredibus meis seo quislibet opposita persona contra hanc cartulam offersionis meę ire quandoque temptaverit aut eam per quacumque ingenio inrumpere aut in-

1) ȕ. 2) Nach 'be' getilgt: 'ati'. 3) 'q'. 4) So. 5) 'arboq',
 übergeschrieben. 6) 'si' zerstört. 7) 'ac'.